

humilitatez. albi p innocentiam  
et castitatez. varij per honestatem  
ps. Circumamicta varietate. ¶  
¶ Vl dic econtra scilicet q equi di-  
aboli sunt peccatores. Ps. xxxi.  
Equi eorum caro et non spus.  
et istorum quidam sunt rufi per  
maliciaz. quidam nigri per insa-  
miam. albi p hypocritam. varij  
per duplicitatem et in constanti-  
am.

¶ Explicunt Moralisationes su-  
per Librum Zacharie. ¶ Inca-  
piunt Moralisationes sup Li-  
bru. pmum Machabeorum.

¶ Capitulu pmum. ¶ 2

**A**lexander rex ma-  
cedonum micos ce-  
ges et pni-  
cipes de-  
bellauerat  
munitio-  
nes eoz  
et nescivat. spolia multitudinis  
gentium accipiat. et manu for-  
ti regnauerat super terram. Et fa-  
ctum est q moreetur et regna-  
uet tunc puer eius unusquisq; in  
dyadema et multiplicata sunt  
mala in terra. i. Mach. i. ¶ Mori-  
tate vere dico q alexander qui in-  
terpretaatur aufere angustias  
tenebrarum est bonus prelatus q  
tenebras angustie vel ignoratio-

p sapientiam sit auferre. agus  
tias subditorum per dulcedinem  
et clementiam sit lenire. Omq; re-  
gnat iste in ecclesia vel patria ta-  
fortiter et pspere. q malos tyra-  
nos. fortes ac malos sibi subdit  
ac munitiones. i. malas cogitationes  
eorum dissipat scientiam spoliia et diuitiarum vndiq; augmen-  
tat. Sed sepe fit q ipso mortuo in  
regno ei⁹ vel ecclesia sua diuisio-  
nes solent fieri. ita q de pueris  
. i. de subditis qhbet vult regnare  
et dyadema iurisdictōnis cape.  
ita q sinerege et regine vagātes q  
libet abitōse cupit alios impare  
saltim siue iugo sicut rex viuere  
et manere. ¶ b

**I**n diebus illis rex no⁹ erat in  
israel. sed unusquisq; hoc  
q; wolebat faciebat. Ista em in  
ecclesiis vel conuentibus p mor-  
tem prelati videntur. q; qui libz  
imponit sibi dyadema inceptum p  
lati fieri presumunt et imaginan-  
tur et quibz et in loco suo regnat  
inceptum vagabundi sunt et ob-  
dire maioribus deignantur. Es-  
sic mala multiplicantur in terra. q;  
p mortem boni plati et p dissensi-  
onem eligentium p insolentiaz p  
sumentum subditz sunt in ecclie-  
sis multa mala sicut dicitur. Pro. xi.  
Vbi non est gubernator populus  
corruvit.

**F**actum est q anthiochus ea-  
dix peccati imponeret sibi di-  
ademata. et regnaret super asiaz  
et egyptum no⁹ sufficiebat sibi re-  
gnum asia et grecie possidere nisi  
etiam studere et alienum regnum  
scilicet egypti per violentiam

vhūpare. Cū ergo p̄ualuisset contra pholomeū regem egypti. et spolia q̄ plurima cōgregasset. ap̄ posuit etiā filios israhel impugnacē. Intravit ergo sanctificatōnem iñ supbia et accepit altae aureū. mēsam et cādelabz. fialas. mortario la aurea. veluz. corīnas. et orna mentum aureum qđ erat iñ facie tēpli. Et accepit autū argētuꝝ va sa contupiscibilia thesauros occul tos de domo dominū. et cōminuit dñm. Et sublatis oībꝫ iñ terraz suā redire. et ciuitatē ihrlm ēstēz et desolatam dimisit. Causa at q̄ re ista mala p̄misit de⁹ filiis isel euemire ibidē reddidit. q̄ in diebꝫ illis exierant ex isel filii imiqui. q̄ a testamēto dei recesserūt et testa mentū cū gētibꝫ disposuerūt. et gymnasium secūdū modū gētillū ī ihrlz obstruxerūt. p̄putia sibi fecerūt. et natōmibꝫ se iūinxerūt. et venūdati sūr ut facerēd mala. Et accedētes ad regē. potestate faciēdi iusticiā impetraverūt. qbus deus indignatus. ipsā ciuitatē ihrlz iñ manu atiochi reddidit. qui tē plum et ciuitatem vt dictum est expoliauit.

**I** Moraliter. **F** Expō hēdo misericō dico q̄ ihrlm ecclēsiā signat q̄ filios isel. vīcos ecclē siasticos deū vidētes cōtinet. Sed sic sit q̄ hic iñueniūtur multi iñq̄ testamētū dei. cultum religiomis et ecclē cōtempnētes et ab ea per vitia recedētes. testamētū gentiū. vītū et mores secularū eligen tes. et se iñ moribꝫ et vītibꝫ natōmibꝫ gentiū. secularibꝫ cō formātes. ginasia seculariꝫ scīentie iñ ihe

tusale. iñ ecclā introducētes. et p̄puca carnalis vite sibi facien tes. et a rege. i. a principibꝫ secu latibꝫ potestate faciēdi iusticiam. i. secularia officia cōmissiōes et ne gocia impētrātes. **V**idens ergo do minus filios isel. ecclesiasticos in se culates ouerti. vitam regulatez et ecclēsiasticam negligere. seculatē diligere et amplecti. solet eos antiocho id est tirannis huīus mundi et regibus subiungate. qui iam non cessant iherusalem et tē plum ipsius id est ecclēsiā et cō ligionem bonis suis temporalibꝫ spoliare. **P**s. Tradidit eos iñ manus gentiū. a dominati sunt eo rum qui oderunt eos. Non enim sufficit istis principibus q̄ notabili regna habeāt. quīymo ad alia regna possiſiōes et terras aspirat iugiter et āhelat. Nec eis sufficit egypti. i. mundi spolia et diuitias tollere. nisi etiam contra iherusalem. i. contra ecclā studeant rapimis dimicacē et eā bonis ipsiꝫ spoliaē.

**I**sti ergo duo dyademata sibi imponunt. inquantum iñ mundo et iñ ecclē etiam dominari querunt ibidē clerū grauant et pre munt.

**V**el dic contra ambitiosos q̄ anti oclus qui interpretatur pauper silens significat ambitiosum et malum. qui iñ principio pauperem se esse predicit. silentem et pacificuꝫ se esse fingit. **P**salmita Pauper sū egō et iñ labotibus aē. Sic ergo facit vt super duo regna imperet id est q̄ duo v̄ el plura beneficia acquirat. regnum em̄ appū id est status sibi p̄porci oātꝫ

nō sufficit. quādūmīo regnū et bene  
fīa aliorū abit et cupit. Et fit  
qīlē q̄ p̄tholomeū de regnō egip  
ti. i. aliquē aliuīz de sua dignitātē  
depōnit. et duo dyademata. i. du  
as dignitātes sibi accipit. Apoca  
xin. Habebat duo cornua similia  
agni r̄e. Mach. xi. Intravit p̄tho  
lome⁹ āthiochīā et imposuit duo  
dyademata capitū suo. Sed isti  
ad huc nō sufficit nisi ad iherusa  
alem et ad templum. i. ad maio  
ris dignitatis prelaturaz vēnat  
quā supē et abitiose intrare pro  
curat. Iste ergo mediante exerci  
tu suo. i. altis carnalib⁹ p̄ncipib⁹ sa  
culariib⁹ intrat sanctificatiōnem  
i. ecclesie prelationem i superbia  
Vbi pro certo euz intrauerit. sta  
tim se conuerit ad vasa aurea et  
argentea et ornamēta et supellec  
tibia. i. ad ecclē diuinitas dēpādūz  
ad s̄b̄ditos molestādum et tēplū  
sibi cōmisse ecclē spoliandum. Et  
qd̄ deterius ē q̄eqd̄ potest in ista  
iherusalem. i. in isto tēplo rapre  
in terram suam ad lēam portat.  
in domo paterna palacia edificat  
et bonis ecclē nepotulos suos di  
tat. et sic templum suum depau  
perare ut dites alios nūḡ cessat.  
Illiud aut̄ in fortuniz misere ihe  
rusalem merito puenit. q̄r filii. s.  
mali ecclāstici. a testamēto legis  
diuine recedunt. et per diuersā  
peccata nationib⁹. i. secularibus  
paces fūnt. et sic habere talem  
platum propter peccatū populi  
merentur cū ipi delinquūt. Job  
xxvij. Domin⁹ regnare facit ho  
nem ypocritam propter peccātū  
populi. // E. ¶ Vl̄ dic q̄tatio

eh⁹ est dyabolus. q̄ propter pecca  
ta xpianorum v̄sc̄ ad iherusalem  
. i. v̄sc̄ ad xpianorū fidez exercitū  
vitiorum deduxit. sanctificatiōem  
. i. statum religionis cum supbia  
sb̄mitrauit. et inde ornamēta spi  
ritualia abstulit penitus. Exinde  
enim abstulit altare deuotionis  
candelabrum discretionis. mensa  
compassionis. phialas predicta  
omis. mortaria la diuini timoris  
velū continentie et casti mitoris.  
coronas eminentie et honoris. et  
ornamentum bone conuersationis  
et spūalis ho nestatis et decoris.  
Dns enim omnibus iam videtur  
ecclesia per dyabolum spoliata.  
et ad tristem desolationem debu  
cta. Aurum enim et argentum et  
occultos thezauros. i. sapientiaz  
et clementiā virtutesq̄ substulit  
et vasa concupiscibilia. i. bonas a  
santas personas exinde rapuit  
et amouit. Trenorum primo.  
Manum suam misit hostis ad o  
ma desiderabilia eius. Et hoc pro  
certo q̄r filii israhel. i. viri ecclesie  
stic. qui natiōbus. i. secularib⁹  
coformari int̄tur et t̄stantū di  
cultiq̄ religioms et ecclesiastice  
discipline abho mināt. ergo taba  
incurrere pm erēt. Ezech. xxvij.  
Secl⁹ tuū et formacōes tue fecerit  
tibi hec. ¶ Vl̄ si vis dic q̄tatio  
ch̄ē mal⁹ plāt⁹ quo intrate et in  
pāte in ihesu. i. ecclāst religione  
stati p̄ suū malū regnē ibidē de  
ficunt spūales et tpales diuinit  
supradē. q̄r sicut dī. Pro. xxvij  
Regnātib⁹ ips̄. ruine hoīm Idz  
at dic de malo p̄ncipē qñ ic̄pit i  
patria dn̄tri. // F

**Q**onsequēt ibi dicit q̄ spoliā  
to rēplo p̄ ātiō chū gemue  
rūgines infirmat̄ sūnt et speci  
dicas mulieris imutata est. Ois  
marit̄ sūp̄ sit lamenta et tota do  
mus iacob c̄fusione. // **M**o. **S**ic  
semores iuuenes v̄gines mariti  
lauz p̄sonaz spiritualiter infir  
mat et de bono in malū immuta  
tur. Cōstat em̄ q̄ ecclesiasticis a dia  
bolo p̄ peccatum spoliatis secula  
res solent malo exēplo eoz faci  
lit desolari et a virtutum tramito  
immutari. **P**saie. xxiiij. Sicut po  
pulus sic sacerdos. // **G.** **¶**

**D**icit cōsequēt ibi idē. q̄ prin  
cipes tributorū miss⁹ a cege  
venit iherusalē et locutus est eis  
pacifica verba i dolō et credide it  
ei. Sed cū infia v̄rbem reçpt⁹ fu  
isset. irruit repente in ciuitat̄ m  
et p̄didit populu ex israhel et ac  
cepit spolia ciuitatis. Et fuc̄dit  
ram igne. et destruxit domos ei⁹  
et muros eius in circuitu. acapti  
uas duxit mulieres et natos. et pe  
tra possederunt. et facta est iheru  
salē habitacō exteroꝝ. et facta ex  
ter a scie suo. et natī eius de reli  
querunt eā. sanctificatio ei⁹ deso  
lata. dies festi ei⁹ cōuersi sūt in lu  
ctū. sabbata ei⁹ in ob̄p̄briū. ho  
nores eius i nihilū. secundū glorā  
ei⁹ multiplicata ē ignomina eius  
// **M**ora. **I**herusalē ē aia  
ad quā iniqu⁹ p̄ncip̄s. . . dyabol⁹  
p̄ temptationes se applicat et si  
bi in dolō. s̄ sp̄ē boni mala fug

gerendo loq̄tib⁹. ita q̄ q̄lq̄ p̄ ma  
las cōplacentias et consensus sibi  
credit et eū recipit et admittit.  
Sed statim qn̄ cimitat̄ mēas p̄  
peccatū mortale intrauerit. rēp̄  
irruit. et populuz suum. . . potenti  
as aie et sensus quicq̄ destruit et  
corrupt̄. spoliaq̄ virtutuz di  
ripit. muros discipline scilic̄z re  
gularis in ea destruit. et igne cu  
piditatis eaz cremat et comburit.  
**M**ulieres. . . bonas affectōes. na  
tivat penit⁹. pe cora vero. . . bestia  
les motus possidet atq̄ mittit. Et  
sic fit q̄ ista a suo seine. . . a bonis  
virtutib⁹ fit extera. alterū populo  
scilic̄z vicis subiecta. Nam sancti  
ficiō sue deuocōnis desolat̄. festi  
uitas spiritualis gaudij cōtrista  
bz cōturbatur. et sic honor sue spū  
alis et rationalis conditio ms i ni  
chilum op̄putat̄ et sic gloria quā  
i ignominiaz commutat̄. **T**re. . .  
In circuitu ei⁹ hostes eius. facta  
est iherusalē quasi polluta mēstru  
re. **F**atuum est ēgo talem hospitē  
cōsensum tali principi apice. // **D**  
Vel dic mistice q̄ iherusalem sig  
nat ecclasiā. principes ābiti osū  
sus in dolō verba pacifica loq̄t se  
ip̄su mi tē dissimulauit. vt igreſ  
sus sibi pateat. vt ad statū plati  
ois intra ecclsiā admittat̄. Sed  
quando se videt introductum et  
ad prelationis officium sublima  
tum et in statu et officio ex celso

confiematum. statim solet contra subditos per rapinas et exactio nes ireire. populum subditorum perdere. spolia et diuitias huius ciuitatis accumulare. muros ciui tatis id est libertates et priuilegia ierumpere. ignez crudelitatis ubiqz accendente. mulieres et na tos. i. inferiores personas et simili es scandalizare. et a statu gra tie captiuare. pecora vero. i. carna les psonas secum accipere. et sic ista ciuitas siue eccllesia a semme suo. i. ab omnibus filiis suis extre ma efficitur. in quantum nullus in digena vel gracie filius i eius be neficens et officijs promouetur. fitqz habitatio exterorum. in qua tum prelati isti introducunt mul titudinem consanguineorum et co patiotarum. **Trenor.** nij. Vere vitas nostra versa est in alienos domus nostre ad extra nos Sub tali ergo principe pertit sanctifica tio deuotio mis. subbatus quietis et festum consolationis. honor dignitatis et promotionis. Et ut bre uer concludatur. tota gloria co mutatur in ignominia vilitatis et confusione. **Treno.** n. Oblui omni tradidit dominus syon festiuitatem et sabbatum. Quia procer to quantum sub bono prelato uel principe eccllesia uel patria conso latur. tam sub malo ambicolo raptore et auaro confunditur expo saliter. et spualitor desolatur. **Vnde.** Apoa. xvin. Quantum glorificauit se in delitibz tantum dato ei tormentum. et cetera.

**E**quitur ibidem q per imli

tos regis antiochi desolata est et vastata iherusalem. Ciuitatem daniel id est arcem syon ceperunt et eam turribus et muris muni erunt. et constituerunt ibi gentes peccatum viros iniquos. et co valuerunt in ea. et posuerunt ibi arma et escas et congregauerunt spolia iherusalem. et posuerunt illuc. Et facti sunt illi in laqueum magnum et in insidias. et conta minauerunt sanctificationem et fugerunt habitatores iherusalem propter eos.

**M**ora litera.

**S**ic vere antio chus dyabolus et milites sui vas ta ciuitate iherusalem inferiori id est subiugato prius statu secularium laycorum. et per peccata multiplicitate dissipato. arcem sy on id est statum religiomis sibi specialiter dedicauerunt. et eam sibi habitationem fecerunt. ubiqz ad litteram posuerunt gentes pec catricem. que pre ceteris hodie in eccllesia ad litteram conualestune et in terra prosperitate proficiunt atqz crescunt. Quia sepe fit q in eccllesia et in mundo illi qui sunt iniquiores. sunt diuitibz pleniores.

**I**heremie. duodecimo Via impiorum prosperatur. bens est omnibus qui preuanantur. et inique agunt. Ipsamqz arce id est ecclie statum spoliis iheru salem id est domibz secularium ditauerunt. Escas id est diuitias et commissiones. arma id est pompas et lites ibidem introdux erunt. et ipsam murs et turribus. castris et domibus. pompis

et fastibus accinxerunt. Sed rive  
ra ista ecclie prosperitas tempo  
realis sibi per dyaboluz procreata  
non credit ad virtutum augmen  
tationem sed potius ad iniquita  
tis accumulationem. quod patet  
in hoc quod sequitur. quia illi q̄  
constituti sunt in arce facti sunt i  
laqueum magnū. quia multi mo  
derni ecclesiastici facti sunt hodie  
in laqueum et in insidias aliorū  
quia ipsi p̄e sc̄aues & malitias a  
līs insidiarunt. et p̄e male vite  
sue sc̄adalū aīn peunt et sc̄adali  
santur. Et quia sanctificationem  
ecclie p̄ luxurias suas contami  
nauerunt. ideo habitatores iheru  
salem id est ipsi ciues ecclie iſſe  
dīs sej secularis a statu gratie p  
istorum malum exemplum. vel  
ab amore ecclie fugere c̄probā  
tur. Et breuiter ista est veritas.  
q̄ mali ecclesiastici sunt hodie pre  
cipui milites dyaboli et i statu ec  
clie est hodie sua specialis habi  
tatio et aliorum illaqueatio et de  
ceptio. **Vñ Osee quinto.** Audite  
sacerdotes & attendite domus ihe  
rusalem et domus regis ausulta  
te. quia vobis iudicium est. quo  
mā laqueus facti estis speculati  
om̄ et recte exp̄sum super tabo

**H**ethiōchus rex scripsit. & or  
dinavit per totum regnum  
hūz q̄ om̄s popul⁹ vñ⁹ esset.  
et q̄ vñusq̄ legem hūz et pa  
trum suorum dimitteret. et legez  
ipsius scilicet ydolatriā custodiēt.  
Et q̄ continuo occideretur si quis  
iussimib⁹ contra iacet. Multi eu  
go in iherusalem legem domini di  
misserunt et regis iussimib⁹ pa

rūctū. Precepit ergo rex dīfica  
ri aras tēpla & ydola & sacrificari  
carnes suillas et petra cōmunia.  
et reliquē filios suos absq̄ iarcū  
cisionē. et coinqūnari animas  
eorum i imundiciens. et q̄ q̄ sacri  
ficari tenueret moreretur. Ab  
hominandum etiam ydolum sup  
altare domini edificauit antioch⁹  
vt ibidem demōns imolareetur.  
obi domino fuerat imolatum.  
**E**t prepofuit principes populo. q̄  
hoc fieri cogerent. Qui etiā fili  
os israelē abditis effugauerūt.  
ante ianuas thura et sacrificia in  
tenderunt. libtos legis domini cō  
busserunt. et quo scurq̄ legez do  
mini seruantes et libros legis ha  
bentes inuenire potuerunt occide  
runt. Et libros continentis leges  
ydolorum illuc de grecia translu  
serunt. eos qui circumcidabant pu  
eros trucidabant. et per vniuer  
sas domos eorum pueros a cerui  
abus suspendebant.

**Moraliter** ¶ Sic v̄c  
dyaboli iniqu⁹ sumē cupit q̄ lex  
sua ab òmb⁹ teneatur. et q̄ vñ  
uerse generationes leges suas di  
mittentes legis nature diuine et  
gratia enuntiantes vñus popul⁹  
scilicet reproborum efficaciat. et  
eidem in omnibus famuletur. Si  
titur etiā q̄ in ciuitate iherusalē  
i. in conscientia cuiuslibet fidelis &  
i ecclie aras et tēplū suū faciat  
et q̄ ibi ydola diuersorū vitiorū  
etigat. et q̄ carnes suillas. i. viti  
ū carnalitatis ibidē offerēdas idu  
cat. q̄q̄ nullo s filios suos. i. affūs  
et opationes suas a superfluis vi  
tis circūcidat. sed poti⁹ seipm p  
hh:

luxuriam et auaritiam conqnet.  
et in immundiciis vitorum vivat.  
**P**saie. lxi. Anima eorum in ab  
hominatibus delectata est. Er  
go iam iste in templo ecclesie ab  
hominanda ydola desolatōnis id ē  
malos ecclesiasticos et prelatos.  
super altā. i. cathedrā dignitatis  
et officiorum constituit et erigit. q  
seç abhominabilis vite sunt et de  
solutionem fiorum locorum faciunt et  
inducunt. **J**ēmie. xxxvii. Posuerū  
ydola sua in domib⁹ in quo inuoc  
atum est nomen meum. Jam li  
bros diuine legis. i. scientia theo  
logica de iuda et iherusalem. i. de  
ecclesia destruit. et libros suos. i.  
lucrativas scientias remittit. **J**ā  
nullos pueros. i. nullos fideles cir  
cūciū a superfluitate vitiorum pīn  
tit. quinymo illos q̄ libros diuine  
scientie habent sc̄z viros scienti  
cos. istos etiam qui pueros circum  
cidūt. i. illos q̄ in corrīedo alios a  
carnis voluptate purificat. ipug  
nat tabulatōnib⁹ et affligit. **D**ni  
cipes suos. i. hēticos et seclerū pa  
tronos ibidē collocat. p̄ quos fide  
les ad hēc nephāda opa iducit m̄l  
tipliciter et ipellit. **S**ic ergo fit q̄  
ista iherusalem nostra multipliciter  
desolatur. et crescentib⁹ vitis et  
legis diuine cultu cessante ibidē  
daybolus p̄ vitia prolinetur. **J**ēmi  
vii. In desolatione erit terra.

**C**aptulū secundūm ¶ 2

**Q**uā apparatoes atīdchi  
venissēt ad ciuitatē mo  
din ut populū ad cultū

ydolorū cogerent. p̄mo atīte om̄ia  
aggressi sunt mathathia. p̄ eo q̄  
sacerdos erat et inter alios erat  
persona solēpm̄or. Sperabāt enim  
q̄ isto ad ydolatriā inclinato. alij  
faciliter obeditent. **V**nde dixerūt  
ei. princeps magn⁹ et clarissim⁹  
es in ciuitate hac. ornatūs filii et  
fratribus. ergo accede p̄ tu or et fac  
iussum regis. et eius tu et filii tu  
i inter amicos regis et magnifica  
tus argento auro et muneribus  
**V**eruptamē mathathias fortiter  
restitit. et legē dei tēlinq̄e noluit  
quīnymo zelo dei ac cēfus ydoluz  
quod fecerant dissipavit. et quē  
dam iudeum qui ad imolandum  
coram omnib⁹ accesserat. appa  
ritorem etiam tēgis qui alios in  
molare cogebat super altare pere  
mit. **E**t tandem collectio secū so  
lētis et amicos ad mōtes et deserta  
confugit. et q̄cquid habebat in ci  
uitatis reliquit. p̄mo Machabeorū  
¶ **M**oraliter ¶  
**S**ic mīstice loquendo quando dy  
abolus ex inferni mittit satellites  
suos scilicet inferiores demones.  
vt vndiq̄ cultum ydolorū id est  
vitōrum suscitent et homines  
commouēant temptationib⁹ et i  
pellant. anto mītuntur mathathi  
az. i. bō nos prelatos et sacerdotes  
claroēsq̄ supiores et discretores  
p̄sonas decipere. et donis et p̄cib⁹  
ad peccata allicerē. vt sic p̄ malū  
ipsoꝝ exēplū possint alios facili  
ter superare. in. **N**egum vice simo  
secundo. Non pugnabit s̄ contra  
quempiam minōrem et maiorem. n̄i  
atra regē isrl solū. **N**az p̄ ut poit  
hic stephan⁹ de logotha. sic falco

primum genitum primo inuidit. •  
sic dyaboli ad temptandum clericos  
et prelatos primo curat. **i.** Negū  
**xxxi.** Totum pondus pli⁹ verbi⁹  
est in saul regem Sed iste debet for-  
titer resistere legem domini non ubi  
haquere. sed potius ydola vitiorū  
pro viribus in ciuitate ecclie de-  
struere. et iudeos. subditos im-  
molantes punire. et ipsos dyabo-  
li satellitos supare. et spiritualiter  
occidere. Et relictis illis que in ci-  
uitate mundi habet. scz affectu  
terrenorum honorum debet in monte  
et solitudinem padiyi per affectu-  
onem et contemplationem fugere. et ad  
hoc ipsum alios inuitare. qui dñm  
est inquit sequatur me. **Ysa. n.**

**V**enite ad montem dñm **¶** **B**Je habes q̄ mlti filii israel  
ascenderunt in solitudinem a  
monkes ne sacrificaret ydolis. q̄  
iam in valle et ciuitatibus coleba-  
tur et se abscondebunt in abditis a  
speluncis. Satellites antiochi co-  
stituerunt eis p̄ reliū sabbato ad  
finem q̄ non se defendarent cum  
ipsis aema sumere in sabbato nō  
liceret. Ipsi ergo se non de-  
fendunt. nec arma contra hostes sup-  
serunt. et sic usq; ad mille animas  
trucidati fuerunt. Mathatias aut̄  
et sui proponerunt etiā in sabbato  
arma sumere a contra hostes se de-  
fendere viriliter **¶** **M**ota **¶**  
Ihid potest allegari contra ml-  
tos religiosos. qui de ciuitate mu-  
di et de valle terrenorum exerūt.  
ad montes perfectionis et gradū  
ascendunt ecclesiasticum. et in ca-  
ueris religiosis intūntur se absco-  
dere. et ab ydolatria et cultu vito-

eūm qui in mundi ciuitate colun-  
tur immunes et liberos se esse cre-  
dunt facientes illud. **G**enesi. xix  
Nō manebis in oī circa regione.  
sed in monte saluum te fac. **S**ed  
revera demones ipsos ibidem tem-  
pationibus insequuntur. et in di-  
ebus sabbatis id est in ipsa quie-  
te contemplationis. et in motib⁹  
perfectiomis. et speluncis eligio-  
nis contra eos prelantur. qui q̄a  
arma bonorum operū non sumunt.  
nec loca occulta scz cordis opilat⁹  
a malis desideriis negg claudunt.  
nec se contra hostes viriliter defēdūt.  
ideo ipsi qui in mundo non pierat  
in religiomis vel perfectiomis api-  
ce viths peunt et succumbunt.  
Fatuum ergo fuerat illis ad istos  
montes fugere nisi vellent se forti-  
ter armis bonorum operum defē-  
rāc. Sed revera nō sic mathatias  
a filii eius. i. non sic boni et prude-  
ti religiosi et clericū. quia isti in  
istis motib⁹ et speluncis viriliter  
bonorum operum arma sumunt.  
et seipso viriliter resistendo defē-  
dunt. et ibi non peunt vel delin-  
quunt. nec periculum dampnatio-  
nis incurrit. **V**el dic q̄ dies sab-  
bati signat festa in quibus dyabolus  
contra homines fortius insue-  
git p̄ eo q̄ eos vagos et occisos  
cognoscit. quia tunc arma bono-  
rum operum non assumunt. sed  
potius oēns lusibus et litigis iē-  
dunt et ideo temptati a dyabolo  
facilius succumbunt. **T**erendum  
secundo. Vocasti quasi ad diēm  
solempnem. qui terrent me de  
circitu. **D**om tamē xp̄c ipsum  
sabbatū nō cessant arma bonorū  
hh n

operū assumere. a ideo nec hostes  
eos audent per temptationes iuā  
dere. vel si inuidunt solent contra  
eos fortiter dimicare. dices illis  
**M**ath. xiiij. Itaq; licet i sabbatis  
bene facere.

**L**egitur de mathathia. q; ipse  
a filiis sui adiunctis sibi illis  
qui voluntari erant in lege et fu-  
gient a malis. magnum exerci-  
tum collegerunt. et viros impios  
ex casserunt. pueros i circumcisos cir-  
cumcididerunt. filios supbie persecu-  
ti sunt. et aras quas fecerunt ydo-  
latre destruxerunt. Tāde vero mo-  
riens mathathias filios instruxit  
et eos ad pugnādūz p legib; salu-  
brarer erudiuit. **M**ora. **M**athathias qui interpretat a deo  
datus signat bonum prelatum a  
superiorē a deo datū et p motū.  
**W**eb. v. Nec q; sūt sibi hono-  
rē. Nemo assuit ergo honorē. s; q;  
vō tur a deo tāq; aarō. **T**alis ēgo  
debet viros deuotos i lege dei volu-  
tariorū sibi adiungē. et eos in co-  
silijs et bñficijs secū habē. **Eccī.**  
**i**x. viri iusti sint tibi iuuē. ipios  
vero dēt p se q; punire et de medio  
tolere. incircūcios vō i carnales  
et supfluitatibus morū et diuitiā  
rū onustos dēt corrīgendo circum-  
cidere. **A**ras vō ydoloz. i. auaros  
et luxuriosos i quib; semp vīgī  
ignis cupiditatis. a carnes carna-  
lis voluptatis. thus superbie. et  
sum vītatis dēt destruere et  
tandē filios et subditos suos debz  
instruere et ad dimicandum si sit  
necessē p legib; animare dices  
illad primo **O**acha ferio. Ican-  
gūnimi ex estot p fili potestes

### ¶ Capitulum tertium

¶ 2

**S**rexit iudas macha-  
beus pro patre suo. et  
iuuabant eū frātres  
sui. et dilatauit glo-  
riā p opulo suo. Induit se lo-  
rica sicut gygas et succinxit se ar-  
ma bellica. et protegebat gladio  
suo castra. Similis factus est le-  
dī in operibus suis et sicut cati-  
lus leonis in venatione eugeniens  
Persecutus est inimicos persecu-  
tans eos. perambulauit ciuitates  
uide et congregauit pereuntes  
Et nominatus est usq; ad nouissi-  
mū terce. et repulsi sunt inimici  
pē timore eius. et omnes opera-  
re iniquitatis conturbati sunt.  
primo **O**achaeorum tertio.

**M**oralites. **M**oralites  
In istis verbis recte ponuntur ex-  
plar et regula cuiuslibet boni p̄n-  
cipiis. **J**udas enim interpretatur  
confitens et glorificans Machabe-  
us interpretatur ingeniosus pte-  
ges et peccatē. q; reuera bonū p̄re-  
latū vel princeps debet deum lau-  
dare. prudens et circumspectus  
subtilis et ingeniosus ēē. Inocētes  
protegere. pestilētes p cutere gla-  
dio iurisdictōnis spūal vel tpal.  
vel gladio feruentis orationis co-  
dialis debet castra sibi subiecta. i.  
territorū suū et eccīas pābulaē.  
et tam eius vō q; personas prote-  
gere. lorica iusticie accipe. arma  
bellica. i. virtutū iduc. vt sic possit  
gloriā et pspicitatez sibi populi  
subiecti dilataē. **Eze. xxviii.** Tu-  
cherub extensus pīgens. **Vnde**

istis dicitur illud. Ephes. vi. Sta te fucanti lūbos vestros induite loriam iusticie. Debet etiam esse similis leoni. audacter ardua ag greediendo. et ppter nullum quē tunq; magnū ab executione iusticie tepe scendo. Sicut catulus leo nis debet rugire altisone predica do. et sic iniquos debet persegu ipsos severiter puniendo. et eos detet perscrutari et inquirere dili gentissime et examinando. et ciui tates ad litteram pambulare sō ditos visitando. et iusticiā facien do. Ps. Perambulabam in inno centia cordis mei. a sic talis iudas poterit dici ille de quo dicit. Pro uerb. xxx. Leo fortissim⁹ bestiar⁹ ad nullius pauescit occursu. Et reuea si nostri principes tales fue rint. tūc p̄ timore eorū imici sui ta temporalis q̄ spūales repellētur. ab eorū p̄ sentia et iusticia terribū ē. et opam iniqtatis formidabūt. Pereūtes se; paupes tubulati q̄ iniuria patiuntur ab hys defendē tur et cōgregabūt. et ipsi famā p̄petuā acquirēt et vbiq; nomi nabūt. Ills ē vere quādō in vno loco ē iustus iudex v̄l platus peu dens et seuerus. omnes malū gene ratib; timēt eū. Osee. xi. Leo rugi es et formidabūt filii matris. ip se vero acq̄rit nomē p̄petuū et io cuđū. Ecclesiasticus. xv. Nominē eterno he reditabit illū dñs. Et. i. Paralip. xvn. Diuulgatum est nomen da iud in cunctis regiomib; Verū tamē aduerte q̄ dictū est. q̄ fra ttes eius iuuabāt eū. qua quilibet bonus frater canonicus v̄l sō ditus debet superiori collaborare. et

eūm spūaliter per orationes et ni thilominus temporaliter p obseq̄a et subuentiones benigniter adiu uare Quia dicitur. Proverb. xviii. Frater qui adiuuatur a fratre q̄ si ciuitas firma. cuius tñ se p̄fisse sit cōtra rūm. quia fratres et sō diti libentius laborat quādoq; ad superiorē suū cōfidēdū q̄ ad eū iuuādū. piculū ē em̄ in falsis frā bus. Cor. xi.

**I**udas pugnās cōtra appolo mū ipſū occidit. et gladiū sibi abstulit. Et q̄dū vixit ī isto gladio semp pugnauit. et hostes suos debellauit. Tadem sero prin ceps sine contra eū applicauit quē iudas gladio supauit.

**M**ora. **I**stud potest ex pom̄ sic. Ipolomius qui interp̄ tatur mirabilis mūdū signat. q̄ ī cordibus fauorū et pulcher et mi rabilis. utiliat gladiū ei⁹ ī quo impugnat peccatoēs. ipsius pro speritas. Seron qui interpretat̄ princeps heronis est dyabol⁹. q̄ p certo iudas q̄ interpretatur cō fites debet p̄mo mūdū p cōceptū vicere. et gladiū eius. i. mūdi pro speritatē q̄ sit terribilis labilis et deceptibil p cōsiderationē acci pere. et sic isto gladio i. hac cōside ratione mediāte poterit seron p̄ capē dyabolū supare.

**H**ec dicit q̄ p̄plus vidēs p̄plim seron et multūm exer ci tūs. Icepit dubitate de victoria si iudas dux eorū incepit huiusmoi sermonib; eos cōfortate. Facie est multos claudi ī mam̄b; pau corum. nec est differentia apud dominum auxiliap ī mulḡs aut hh in

in paucis· quia non in multitudine exercitus victoria belli· sed de celo fortitudo est // **Mora**

**I**stud applica contra illos qui in multitudine exercitus gloriantur· et quod Victoria magis dependet ab occulta dei ordinatione· non a militiis fortitudine. Cuius signum est· quia plerique fortiores a debilioribus videntur· et plures a paucioribus supantur // **d** **V**l si vis dic quoniam imbecilles et timidi de suis virtibus desperantes· formidantibus ab aliis et vicinorum exercitu qui fortis est et multiplex inuidere· tunc iudas· i. bonus dux vel predicator debet eos ad sperandum in domino et in dei auxilio animare· et ad non timendum dyaboli potestate inuidare· dicens illud. **n.** **D**avalip. **xx** Nolite timere hanc multitudinem non enim pugna nostra sed dei et ceterum // **E**

**H**oc iherusalem erant duces illorum qui remiebant contra eam. i. **Macha**. **m.** // **Mora**. **S**ic vero hodie sepe fit quod illi qui tenent arce et apicem dignitatis in iherusalem. i. ecclesia· duces et adiutores sunt tiranorum et principum quod militant contra eam. quod ipsis dant decimas et libertatem nocendi et populum ecclesiasticum deprimendi. **Vnde** si duci possunt dicere illud. **C**a. i. **F**ilii matris mee pugnauerunt contra me. Quod etiam de proditoribus per dicti qui in terra in qua habitant quandoque extean eos hostes introducunt.

**O**rum plures duces atochi se incantor et gorgias et alii congregant se ad preium contra iudanum

in multitudine copiosa· factum est quod idem nichil de victoria futura presumens per negotiatoribus maritimorum cunctatum mittetur· ut filios iuda ipsi precios vendere cunctorum habuisset Promittebat enim non negotia mancipia iudeorum futura per talento argenti. De precio et captiuitate futura iudeorum promittebat se suppleret duo iuda talentorum· que singulis annis a kiochus dabat per tributum romaeis. Verumtamen nutu domino contrarium factum est· quod duces regis et eorum exercitus copiosi a iuda et suis fuerint vici et multi occisi et alii turpiter fugati. Negotiatorum vero quod per emendis iudeis venerant fuerunt ab ipsis suis pecunias quas portauerint spoliati. Illud enim ponit. i. **Macha**. in et. **n.** et. **m.** **Macha**. **viii** // **Mora**

**I**llud applica contra presumptuosos iudicis. quod paucitate hostium vilipendentur· et in suorum multitudine et fortitudine confidunt victori sibi permittunt. et iam se esse de conforto certos credunt. **V**nus quod ad eorum fit quod suos hostes ante quod eos vincunt alii videntur· et quod eorum traxi alii distribuerunt. non aduertentes quod quoniam de ceterorum ordinat. qui non in multitudine belatorum sed in suo beneplacito victori am adimi instruit. **S**ic ergo sepe fit quod aliqui qui presumebant vincere supantur· et quod alios sperant emere ab eis spoliari. **Q**od utrum tunc accedit quando illi pauci ad dei recreuerunt auxiliu et de deo non de se presumunt et illi multi in sua superbia sicut. **N**on det quod cunctum fortis et potens sibi victori promittere· sed potius hostes suos quoniam

... fuit... **Capitulo quartu** **1**

**O**rum filii illi viale metanomia a problemi us; principes antochi quos marci gregias adiungit. et traxi gregias huc abscondi statuit. quod iplos hoc respondebat. **T**outris velut fons stramine cetera quae in te extratis. **S**ed statim per invenimus istros et rite piste fuisse. **R**ecipimus lucis et tuae tuae

pauperes et humiles forin<sup>dare</sup>.  
Quia sicut dicit ille. In me un  
quāvis humilem docti est timere  
Ideo ad répudendum proprio  
nem talium deci. Regnum. ix.  
Ne glorietur accinctus que ut di  
scimus. et hoc quia dicit capitul  
lo precedenti. Facile est apud deus  
multos in manu paucorum cœlu  
di. ¶ ¶ Vel si vis  
allega contra illos qui gloriatur  
de infortunis aliorum. quod tribulatio  
nes aliorum suas existimant conso  
lationes. et aliorum grauamibz  
et dampnis sperat ditati mercio  
mis atque lucis. Quibus sepe con  
tingit quod in eodem negotio unde  
i aliorum preiudicium sperant vni  
litatem: acquirunt miseriam. Si  
ent ad litteram eam de illi mercatori  
bus qui vbi i alienis miseriis spe  
rauerunt lucrum consecuti sunt p  
iudicium a dampnum. Psal. six.  
Expectauimus lucez et ecce tene  
bre.

¶ Capitulū quartū ¶ 2

**Q**uoniam filii israel viassent  
in iehanore et ptholome  
uz principes antiochi  
quos una cum gorgia li  
bias imiserat. cetera eos gorgiae  
ad huc ex aduerso stabat. quod ipsos  
inuidere proponebat. Aduersus  
iudas dixit filius israhel ne concu  
piscatis spolia. quia bellum cetera  
nos est. gorgiae enim et exercitus  
eius pro nos est. Sed state pro me in  
uicem contra inimicos vestros et  
expugnate eos. et post hunc sume  
tis spolia. Quod factum est. quia

primo gorgiae viceant et fuga  
uerunt. de mundo vero ad diripiendia  
spolia redierunt. inter que aureu  
et argentum iacinctum purpurea  
et alias opes maximas inuenient  
promo. Machab. iii.  
¶ Moa. ¶ Iste tres hostes. quos  
lisias. i. dyabolus contra nos mittit  
mundum car nem dyabolus signat  
qui in hac valle misericie fideles fa  
tigant. Ptholomeus qui interpretatur  
ad mensuraz deductus. car  
nem seu corpus signat. quod finaliter  
ad breuem mensuram deductus  
quando infra sepulchrum ducitur  
et artatur Psal. xxxviii. Extende  
tur super eam mensura ut redigatur  
ad nichil. Nichanor quod interpre  
tatur lucerna. signat mundum quod  
fatuis peccatoribus videtur stabilis  
et lucens. et more lucerne oculos  
mentis debilitans et offuscans. et  
tamē istos quos offuscat allicias  
Vnde ista est illa lucerna de qua dicit  
Luce. xi. Vide ergo ne lumine quod i  
te est tenebre sint. Gorgiae at qui  
interpretantur proprio luctatium. signat dy  
abolus. qui luctatores. i. mundo di ceu  
deles et titanos finaliter percidit  
et prostermit. De quo potest ex  
poni illud. Genesis. xxviii. Ec  
ce vir luctabat cum eo usque ad ma  
ne. quod tetigit femur eius et statim  
emarcuit. Ista est veritas quod iudas  
et fui. i. aliqui fideles ecce dominus fiti  
tes. quinque ptholomeum et nichanore  
i. carnem et mundum supant per casti  
tatem et obedienciam. de isto fortiter vic  
toriatur. ut quod statu religiosis et per  
petue subirent. Si quod per certos gorg  
ias dyabolus adhuc latet quod istos  
filios in castis locis mundanorum  
hh nn

non inueniens. sed ea reliquias et  
perirens. i montibus superbi eis  
querere incipit. inquit quos per luxu  
riam et auaritiam non potest vim  
cere. per superbiam superare perfundit.  
**I**stis ergo debet predican. q spolia  
illorum quos occiderunt. i. bō  
et diuitias seculi quas dimiserunt  
non concupiscant. sed potius contra  
gorgiaz dyabolam. qui contra eos  
latet prelaturos se prepeñt. et  
contra eū per perseveratiā stent.  
a per bona opā dimicent. apostolē  
a obtenta victoria post hāc vitaz  
spolia pādysī tūti inter se diuidat.  
**T**illa enim spolia que possunt ha  
ben ante plenam victoriaz scilicet  
bona mundi non debent a fidelibz  
et maxime a religiosis cōcupisci.  
ne forte dum ad ista colligēda va  
carent. contingeret eos a gorgia  
dyabolo per auaritiam trucidari.  
qz dicit̄ **P**roib̄. xvi. **N**elius ē hu  
miliari cū mītibus. qz diuidere spo  
lia cū superbis. **S**ed ista spolia q  
post hanc victoriā cōsummatam  
p̄mittitur representant homini  
bona glorie paradysi que a bonis  
tantum cōcupiscuntur. et tunc  
ab ipsis leto et tute poterūt adipi  
sci. **P**sa. ix. **E**xultant vītoēs cap  
ta p̄ceda quando diuidunt spolia.  
**E**t tunc inuenientur ab ipsis. au  
rum. clara visio et ete rna sapiē  
tia. argentum. diuine laudis dul  
cis vīsonantia. iacintus. et lestis  
immētias et p̄eminētia. purpura  
. ardēns et ignea caritas. opes  
multo. honorē habūdātia. n. **O**ra  
chaleorū octauo. **P**ost sabba  
tūm. i. in octaua resurrectionis et  
non modo debilibz a viduis diui

secunt spolia.

**C**apitulum quintum. **¶ 2**

**O**leñis iudas pūrificaē  
templum qz ab antio  
cho fuerat pollutum. a  
mētis ydolis super al  
tare iphius maculatum. et sacrifi  
ens factis et libatis demobis i  
quīnatū. elegit sacerdotes sine  
macula voluntatem habentes i le  
ge domini ut emundaēt sancta.  
et transstulerunt lapides containi  
nationis scz ydolum qz super alta  
re posuerunt in locum in mundū  
p̄mo. **O**acha. nn. **¶ 3** **M**ora **¶**  
**S**ic vero iudas dux bellī. i. papa l  
episcopus videns tēplū ecclē ab  
antiocho. i. a dyabolo pollutuz. et  
altare. i. statūm ecclesiastici ydol  
. i. vītis inquinatuz. immūdis sa  
cruïens. i. i mūdis operib us ibidē  
demobis. i. ad suggestionē demo  
num sacrificatis et factis multē  
pliciter defedatū. delet sacerdotes  
sine macula. i. mundos ministros  
querere. qui legis diuīme. fidei et  
sacre scriptiē sint emuli. quos ibi  
dem dēt ordinare et in ecclē p̄fice  
re. ut possint immūdicas vītoruz  
de ecclē abstergere et mundare  
dices ill. **P**sa. i. **L**auamini mūdi  
estote. **L**apides vō cōstatatōnī. i.  
p̄sonas imūdas et peccatrices et  
mutiles. qz moē ydoloz sūt ignai  
indeuoti. de super altare. i. de ecclē  
dignitatibz deponere et in locū  
imūdū. i. in statūm īfīnum collo  
care. **¶ 4** **V**idas cui

mundaret templuz dñi. et videt  
q[uod] altare pollutum erat. p[ro]p[ter]o q[uod]  
super illud positū fuerat abhoīnā  
dum ydoluz et sepius demonibus  
imolatum. depositus illud de loco  
suo. et loco eius de lapidibus ite  
gris altare nouū construxit. sup  
quod sacrificia doīno imolari mā  
dauit. Lāpides vero depositi alta  
ris decreuit ad p[re]te[ri]a ponere. quo  
usq[ue] propheta domini surgeret q[uod]  
de ipsis iuberet aliud ordinari.  
**V**idebat enī q[uod] sine scādalo illū  
sta re non poterat altare. ex quo  
super illud demonibus imolatu[m]  
fuerat. Icō illud nō poterat ab il  
la sine infamia aliqualiter mūda  
ri. nec sine scādalo p[otest] i eo dñi im  
molarū. **M**ora. ¶ Ista pos  
sunt allegari cōtra infames ecclesia  
sticos. q[uod] reuera si contingat altae  
dñi. aliquē prelatū v[er]o ecclasiasti  
cum efformitate criminū pollui.  
ydolo abhoīnādo sc̄ p[ec]cō luxuri  
e heres vel simonies b[ea]tū. vel  
sacrificiis demonū id est malis o  
peribus maculati. dignus ē a sta  
tu suo per iudicium id est per papā  
vel superiorēm deponi. et ad p[re]te[ri]a  
id est ad statum p[er]uatū et infimū  
constitui. et aliis integer nouus  
et virtutibus innouat[ur] dēt loco ip  
si⁹ sbrogari. **L**eū. xxvi. Novis  
superuenientibus vetera p[re]cietis.  
Quia dato q[uod] aliquis ecclasiasti  
tus qui aliquādo crimina publica  
comiserit. p[er] penitentiā p[otest] mūdati.  
nūq[ue] tā scādalū vel notam ipsi⁹  
infame quā incurrit p[otest] a se apli⁹  
sepac. nisi forte post dignā emē  
dationē ex respōso p[ro]phete. i. ex di  
spensatiōe pape contingat aliud

ordinari. Et inde est q[uod] dicitur.  
**Ezech.** xlviij. Sacerdotes illos qui  
illis immolauerunt p[ro]hibet mīstra  
re. cōcessit eamē ipsis q[uod] possint e  
dituor et iamtoz officiū exercere  
dato q[uod] peccati talū p[er] peniten  
tiaz tollatur. infamia tā non fac  
liter abrogatur. ideo ipsis subla  
tis alius apponatur. **H**ebre. Au  
fert p[er]mū ut sequēs statuat. ¶ **C**

**D**icit q[uod] iudas et hui videt  
sacrificationem desertā.  
altae p[ro]phaniatum. portas exustas  
in atris v[ir]gulta nata. pastofo  
ria diruta planixerunt. et in posi  
to cinē super capitib[us] suis ad do  
minū lacrimabilitē clamauerunt.  
Et primo quidem illa que erat in  
transitus mītra domum. edem q[uod]  
et atria sanctificauerunt. nouum  
altare de lapidibus integris ad si  
militū dīne p[ro]oris edificauerunt.  
vasa sancta noua fecerunt. Cāde  
labrū mensam et altare incensi i  
templū posuerunt. incensum su  
per altare. panes sup mēsa posue  
runt. et lucernas sup cāde labrum  
ordiauerunt. velū appēderunt. sacri  
ficia obtulerunt. et sic tēplū p[ro]pha  
natū dedicauerunt. et faciem tem  
pli coronis aureis ornauerunt. pa  
stoforia diruta repauerunt. ianu  
as in eis posuerunt. Et sic cum in  
genti leticia dedicationem templi  
insequentī anno eodem die quo p[ro]  
phana tū fuerat celebrauerunt. ¶ **M**ora. ¶ Sic vere dico. quando  
iudas et hui. i. papa et cardinales  
et sci xpi fideles. videt sacrificiōez  
vniuersalis eccl[esi]e per virtutuz  
sterilitatem desertam. et a bonis  
personis vidiuatam. et q[uod] considerat

hh v

q̄ p̄tē eius id est prelati p̄ quos  
intratur per avaritiam sunt exu-  
ste. altare. i. viri religiosi i quib⁹  
thus oratōnis et deuotōnis idole  
re debet per luxuriam sunt p̄pha-  
nati. atria. i. seculares clerci v̄gul-  
tis. i. v̄icentibus carnalibus asse-  
ctiōibus nepotum et malorum  
familiariu; turbis sunt plenī. pa-  
stofořia id est seculares qui alios  
habant per elemosinas et tempora-  
les subuentiones pascere sunt di-  
euiū diuersis vitis et destructi su-  
ma possunt cōpassione tristari et  
statim eūnam tam vniuersalem  
lactimabilitate lamentari. q̄ iur-  
ta lamentationem ih̄emie Teneo  
rum. i. videtur q̄ cogitauit dñs  
dissipare murum filie sion. luxit  
ante murale et defixi sunt in tra-  
pōte ei⁹. Ideo pro certo sume de-  
bent isti superiores labōrare et cu-  
rare. q̄ ista sanctificatio reparat  
et q̄ virtutis quas id est antioch⁹  
. i. dyabol⁹ abstulit iterū restaurē-  
tur. Ponantur ergo ibi vasa no-  
uā. i. persone virtutib⁹ inouate.  
altare sacrificiorum id est actiuū  
sacrificia bonorum operum deo of-  
ferant. Altare incensorum id ē lō-  
mī contemplatiū qui thus oratiō-  
nis deo intēndant. Candelabru; lu-  
minis. i. viri discreti et scientiā q̄  
alios doctrinis et exemplis edifi-  
cent et eudiant. Mensa p̄positio-  
nis. i. viri misericordes qui pānes  
et elemosinas deo in persona pau-  
perum ministrant. Velum appen-  
sum id est viri mundi casti religi-  
osi qui spe eternorū semper pe-  
dent. Tales debent prelati i ecclē-  
sia constituere. sacrificia bonoru;

operū introdicerē. pastoforia  
diruta. i. pastum elemosinaru; ibi  
dem ēportare. ianuas exustas. i.  
prelatos defectuosos reficere. et  
sic debent templum ecclēsie spūa  
liter renouare et deo nouiter de-  
dicare. Romāno xii. xii. Nolite con-  
formari huic sēculo. sed renoua-  
mini in nouitate sensus vestri

**I** **D** **Q** **V** si vis dic q̄  
iudas qui īterprecatiō confites-  
seu confessiō ipsum confitētem sig-  
nat. quia ille vel illa templū con-  
scientiē per vitia deformatum re-  
nouat et reformat. ibi em̄ edificat  
altare holocausti vbi sacrificia ī  
rendūtur id est feruīdā dilectōez.  
altare incensi. i. odorosā oratōez.  
candelabru; luminiſ id est lucidā  
discretionem. mensam proposi-  
tōnis. i. elemosinarum cōpassionu;

velum appendens. i. puritatem et  
castam affectionem. Et sic ornat  
facē tēpli coroniis aureis īoptu;

facieten̄ ītroducit bonam aure  
am et coronādā cōversationem. a  
sic templū mentis sue deo dedicat  
per sanctitatē et deuotōnem. et  
sacrificia ibidē immolat p̄ bonorū  
opum exēcutōnem. Et die si vis  
q̄ iste iudas ī principio q̄n̄ videt  
templū sc̄ientiē sue ab antiocho p̄  
vita depravatū. portas sensuum  
igne cupiditatis exustas. altare  
cordis p̄ affectiones īdebitas p̄  
phanatum. et ydolum abominā-  
dum id est peccatum mortale ibi  
dez sublimatu; pastoforia carita-  
tis et at rū pietatis peit̄ dissipā-  
tū. tūc p̄ certo valde dēt̄ p̄ oītōez  
dolē. p̄ opūctionem flere. p̄ cōfessi-  
onē clamas. et ad templum per-

penitentiam tenuandum totis con-  
nationibus anhelare. Edificat igitur  
ibi altae acte ut supra: unde pri-  
mo. Esore. Dominus deus celi pre-  
cepit mihi ut edificarem illi do-  
mum et merito quia sicut dicit. C.  
C. in. Templo dei sanctum est qd  
estis vos. Qui ergo templum dei  
violauerit destruet illuz deus.

**N**e habes quod milites regis an-  
et illis in munitionem erat: et  
inde filios Israhel quod plurimum affli-  
gebant. Quinymo quando iudas  
et sui templum mundabant: ipsos  
plurimum infestabant. Et ideo di-  
citur hic quod iudas dum templum  
mundauit ne populo noceverent mi-  
lites ordinavit: montem sion per  
circulum muris et turribus val-  
lavit. Et ne iterum concularetur  
a gentibus: ibidem exercitum ad  
custodiam collocauit.

**M**ora. Sic vere quod milites anti-  
ochi dyaboli. milites et principes  
seculares ab ipso arce iurisdictionis  
temporis quam occupauit. non cessat iuda-  
nus et filios Israhel. platos religiosos  
circa templum ecclesie occupatos dum  
simo de molestiae: necesse est quod ip-  
se iudas et sui id est ecclesiastici  
marci armata se defendant. mil-  
ites et stipendiarios habeant: et  
quod domos suas turribus et muris  
munitant: et contra malitias eorum  
manualiter se defendant et sic vim  
vi reiciant et repellant. Sicut enim  
videmus ad nichil aliud vacant  
nei milites officiales et layci princi-  
pales: nisi ad templum et eius  
libertates frangere. clericos et templi  
huius cultus affligere et contra eos

machinas et machinameta evigere.  
Quapropter iam necesse est ecclesiasti-  
cos contra cogitare. et eorum iniu-  
tus per viribus obuiare et ne nocere  
valeat per auere. Eccl. xxxiii. Contra  
malum bonum est: et contra vi-  
tam mors. Prelatus enim superior  
debet ibi viros. personas virtuo-  
sas promouere que possint ecclesias  
defendere.

**V**ul si vis dic in mortuis quod milites  
antiochi. temptationes dyaboli  
vel ipsi inferiores demones quod sunt  
milites principis nemesis antiochi  
et luciferi. qui quando aream me-  
tis tenent summe nituntur iudaei. et  
penitentiam vel conscientem impe-  
dire. ne templum conscientie sue  
per penitentiam reparat. et ne in-  
terioris officinas huius templi sciz  
memoria et voluntate et ratioem  
preparet et virtutibus exornet.  
Quia propter ille debet contra eos  
militare. et milites suos. et secuen-  
tes oationes et cautelas contra eos  
ordinare. turribus contemplati-  
onis et diuine invocationis. et mu-  
ris custodis circumscriptiois clausu-  
raeque sensuiz contra eos muniri.  
Turris enim fortissima nomen domini  
ad ipsas currit iustus et exaltabi-  
tur. Proverb. xviii. **V**ul dic quod milites dyaboli heretici  
sunt. quod arcem sion quam occupauit. sa-  
crera scriptura quam corrupte allegant  
infideles. non cessat edificatores templa-  
ecclie sciz platos et catholicos ipsum  
naturam. et opus obstructonis ecclesie per vi-  
ribus impedire. Et ideo iudas. bo-  
nus prelatus debet milites. tonos  
predicatores contra eos ordinare. muris  
et tribus. doctrinis et sanctorum

actionibus se et suam ecclesiam de-  
fensare. et ibi viros .i. virtuosos  
curatores et visitatores ad custo-  
diam collocare. **Vsa. lxx.** Super  
muros tuos iherusalem constitui  
custodes. **Tl.** **¶** Vel allega  
contra malos platos qui in arte  
sion i. in dignitatibus ecclesiasticis  
dominantur. quia isti hodie valde  
videntur inuidere hys qui tepli  
et sacerdotiatione ecclesie repant.  
et exemplis atq; predicationib;  
mundant. bonis scz religiosis. p  
dicatoribus. theologisq; docto  
rib; quos verbis et iniurias qn  
doq; grauauit. et in officio predi  
cationis et tepli repationis pmissa  
ipso impediunt. Qua propt; nec  
e q contra ipso dominet atq; pug  
nent. et ab eoz malitias p virib;  
se defendant. Illud sepe videm  
in collegis seu claustris q malis  
prelati et maiores qui tenet arce  
quando vident aliquos bonos sub  
ditos qui pro templo ecclesie labo  
rant. et ipsam ditare et ornare p  
hiam industria procurant. p cer  
to sibi quandoq; inuidet et eos in  
bonis que faciebat impediunt et  
molestant. Quia comunitate malis  
plati magis bonos quam malos in  
pugnat. et quando videt eos pro  
sperari ipso infestat. Quapropter  
sepe fit q ipso bonos contra se ex  
citant. ita q contra eos litibus et  
appellationibus boni pugnat et e  
tiam muris et turribus. id est de fe  
sionibus adiutores se mununt.  
et parant. expulsi em in iurens ma  
lotum superiorum necesse habent  
contra eos insurgeare. **Cal. v.** Ca  
ro concupiscit aduersus spiritum

**¶** Vel dic q illi qui sunt in arce fig  
niant malos principes et baliuos  
qui quando vident aliquos subdi  
tos qui laborant pro templo suo  
edificando. et qui vacant rei fai  
liari. ita q diuites sunt et mag  
ni. statim volunt eos impidere et  
ab eis emendas et exactones ex  
torquere. Quapropter sepe fit q  
ipso cōpellunt contra se insurge  
et mouere

**¶ Capitulum sextū.**

**O**st multas victorias  
et prelia iude macha  
bei. fit mentio de quo  
dam prelio ubi in tra  
galaad iudas habebat pugnare  
contra thimothēū ducem filiorū  
amon. qui cum maximo exercitu  
ex altera pte cuiusdam torrentis  
stabat opositus contra ipsū. ubi  
et thimothēus viso iuda ista fer  
tu dixisse Si transiret ad nos iu  
das prior n poterit sustinē eum  
et poterit aduersū nos. si  
vero transiret ce timuerit. et  
ex altera pte aque castra posuerit  
tunc nos transeamus ad eos. q  
poterimus contra ipso. Qd utiq;  
euētus rerū probauit. q uidas  
stati pōr trāstetauit. a oīs ppl  
post eū. bellūq; otra thimothēū a  
statim innt et ipso victo m̄tisq; oe  
sis ceteros fugavit. n. **Mach. v.**  
**Mora** **¶** Illud potest allegari pro  
audacia q audaces fortia iuuat  
q; reuera in factis bellis. i litib;  
et in quibuscumq; controversijs

prosperius videmus siue cetero p  
us et audacius aggredientibus.  
q̄ illis qui timide solent retrocede  
re et p̄cupationem hostium expe  
ctare. Qui enim timet et retroce  
dit aduersariis suis ipsū inuaden  
di a uadami a diministrat. qui ve  
ro audacter hostes aggreditur. se  
ip̄sis formidabile representat. Ne  
hius est ergo ceterus p̄ibus p̄ueni  
re q̄ p̄ueniri. et fortunatus iua  
dere q̄ inuadi. Vel allega q̄ homo  
potest quādoq; sibi ipsi sorte face  
re et signum euētus negoēt. futu  
ra cōprobatum sibi date. Sicut pa  
tet de isto thymotheo q̄ sibi ipsi sig  
